



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ignis Holocavsti Sev Affectvs Ex Divinis literis, & Sanctis  
Patribus collecti, Quibus animus Sacerdotis ad piè,  
feruenterq. celebrandum disponatur**

**Poiré, François**

**Romæ, 1639**

Petitio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53152](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53152)

niam erratis nequam  
serui tui: quandoqui-  
dem sanguis insons A-  
bel fratris nostri cla-  
mat ad te de cruce, nō  
ultionem postulās, sed  
gratiam, & misericor-  
diam, dicendo, Pater  
ignosce illis, quia ne-  
sciunt quid faciunt.

---

P E T I T I O .

**T**E ergo per illum, *S. Aug.*  
qui suis dilectori- *Medit.*  
bus vitæ municipium *cap. 17.*  
promittens, suis disci-  
pulis dixit; Quodcun- *Ioan. 17.*  
que

248 *Die Sabbati*

que petieritis Patrē in  
nomine meo, dabit vo-  
bis. Per ipsum summū  
Sacerdotem, & verum  
Pontificem, & bonum  
pastorem, qui se tibi  
obtulit in sacrificium,  
ponens animam suam  
pro grege suo, te rogo,  
per ipsum, qui sedet ad  
dexteram tuam, & in-  
terpellat pro nobis, Re-  
demptorem & Aduo-  
catum nostrum; pieta-  
ti, & bonitati tuæ sup-  
plico clementissime, &  
benignissime amator  
hominū Deus. Tribue  
vt concaleat cor meū  
intra

*Petitio.* 249

intra me, & in medita-  
tione mea exardescat  
ignis. Et quia ipse tuus  
vnicus natus dixit; Ne-  
mo venit ad me, nisi  
Pater, qui misit me,  
traxerit eum: & Ne-  
mo venit ad Patrē, nisi  
per me: obsecro, &  
suppliciter rogo, trahe  
me semper ad ipsum, vt  
ipse tandem me per-  
ducat ad te illuc; vbi  
ipse est in dextera tua  
sedens: vbi est sempit-  
terna vita, sempiternē  
beata; vbi est amor per-  
fectus, & timor nul-  
lus: vbi est dies æter-  
nus;

250 *Die Sabbati*

nus, & vnus omnium  
spiritus: vbi summa, &  
certa securitas, & secu-  
ra trāquillitas & tran-  
quilla iucunditas, & iu-  
cunda foelicitas, & foē-  
lix eternitas, & æterna  
beatitudo, & beata tui  
sine fine visio, & lau-  
datio: vbi tu cum illo,  
& ille tecum in com-  
munionē Sancti Spiri-  
tus æternaliter, ac sem-  
piternaliter viuis, &  
regnas Deus: Per om-  
nia sæcula sæculorum.  
Amen.

Anima Christi, &c.  
fol. III.

*Igni.*

*Igniculi pietatis.*

**G**Ratiam fideiussoris tui ne obliuiscaris; dedit enim pro te animam suam:

*Eccl. 29.*

Benedictus Dominus Deus meus, Misericordia mea, & refugium meum, susceptor meus, & liberator meus. Protector meus, & in ipso speravi, &c.

*Psal. 143.*

Accessistis ad noui Testamenti mediatorē  
Iesum

252 *Die Sabbati*  
Iesum, & sanguinis  
asperfionē melius lo-  
quentem, quā Abel,  
videte ne recusetis lo-  
quentem. *Hebr. 12.*

FINIS.

